



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Viridarivm Sanctorvm**

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]  
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

**Rader, Matthäus**

**Avgvstae Vindelicoꝝ, 1607**

S. Marina M.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43013**

serua ingredi visa, quæ hinnulum sancto obtulit, rursusque recessit, hinnulum autem cætus ille sacerdotum, qui rebus diuinis operabantur ad S. memoriam summa cum animi hilaritate absumerunt, quod Christianis iuxta ac aliis summam attulit admirationem.

ANNOTATIO.

**M**eraphrastes xvii. eius gesta refert, nec omnino cum his conuenit. Coniule Baronij Martyrologium.

S. MARINA M.

17. Iulij.  
Menol. 63  
Menas.

**E**X Pisidiæ vico ad Antiochiam, oriunda Aedesij Flaminis nata vnica fuit, quam pater defuncta matre, nutrici cuidam educandam commisit. Duodecennis Christianam fidem suscepit, quam à quibusdam vicinis ibidem edocta fuit. Sexto decimo anno martyrij desiderio percussa, certamen aggredi & perficere cupiebat. Quam Olymprius præses ad se delatam comprehendit, atque in vincula coniecit, & post dies aliquot ad tribunal adductam intuitus, ob præstantem eius formam admiratione defixus rogat nomen, & conditionem, quæ: Marina, inquit, audio, Pisidiæ nata & alum-

na, nomē Domini mei inuoco. Recusantē eierare Christū, iussit præses extentā virgis adeo immaniter lacerari, vt terra sanguine purpuraretur: Dein suspensam carpi & laniari. Hinc cum in custodiam retrusa esset, mox ingens terræ tremor totum concussit carcerem, vnde draco prorepens formidabilem reptando stridorem excitauit, flammaque illam cingere & inuoluere videbatur. Territa illa totoq; corpore perhorrescens sese in preces dedit, itaque terrificum illud monstrum in atri canis formam mutatum est. quod sancta fæmina pilis arreptum, globo reperto secundum caput & tergum tam diu pulsauit, quoad penitus edomaretur. Rursum dehinc in aliam protracta quæstionem facibus ardentibus vstulatur, & in vasa aqua plenum per caput immittitur, quibus in tormentis multos ex perfidia Dæmonum ad Christi fidem traduxit, quibus omnibus ceruices sectæ: Præses etiam his concitatus Marinam securi percussit.

i. Augusti

I. TRANSLATIO CORPORIS S. STEPHANI PROTOMARTYRIS ET ARCHIDIAconi.

Hæc